

**Nuptiis auspiciatissimis
... mag. Hermanni Ross,
scholæ cathedralis
Aboensis...**

Seidelius, Henricus,

*1 Ic 1698 Ross, Herman och Schäffer,
Anna Margareta*



National Library
of Sweden

8 195

31 b



NUPTIIS AUSPICATISSIMIS

Pl. Reverendi atq; Praclarissimi DOMINI

Mag. HERMANNI
ROSS,

Scholæ Cathedralis Aboensis Rectoris

Ut dignissimi ita laboriosissimi,

NEC NON

Leclissima, suisq; sexus laudibus cumularissima

VIRGINIS

ANNÆ MARGA-
RETÆ SCHAFFER

Aboæ 3 Non. Julii Anno partus Virginei

1698 celebratis felicia quævis ex animo appreca-
bantur prædictæ Scholæ

COLLEGÆ.

31



Præter hæc opto Tibi nunc SCHOLARCHA,
Flexilem ex voto doceas juventam !
Ac agas faustè, moriens reportes

Gaudia Cœli !

Hæc Tibi quæ jam cecini PATRONE !
In tori casti auspicium secundum,
Hæc boni crasso, rogo, textâ filo

Consule metra.

HENRICI SEIDELII



Es Sacra conjugii, sacer est, qui san-
cta revolvit,
Vincula conjugii, lectaque grata
DEO.

Hæc quoque nunc RECTOR, dum tractas ;
Clare Sacerdos,
Ecce ! it in amplexus, SPONSA venusta,
tuos,
Gratulor ex animo Schäffer Tibi, gratulor
illam,
Apprecor & tædis prospera fata tuis.

Con

Concordes longam dulces traducite vitam,
Et toto constet pectore juncta fides. ✱
Ludite! in amplexu blando, quin ora ligate,
Suavia captantes basia basiolis.
Sic fiet vestris ut pufio ludat in ulnis,
ROSSIOLUS tunc flos Matris, honos-
que Patris.

Quod superest, grator jam vobis fausta vo-
vendo,

Adspirent vestro mitia fata toro.
Gratulor atq; DEum votis ardentibus oro,
Vos tandem capiat regia celsa DEi !!!

MATTHIAS SALINIUS.

